



~~17~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

117  
LVGVBRES ELEGI

QVIBVS

MORTEM BEATAM

QVA MORTALIVM EREPTA REBVS

FOEMINA

NOBILISSIMA ET OMNIBVS SEXVS SVI

VIRTVTIBVS ORNATISSIMA

CLEOPHE SALOME

LOESCHERIA

NATA SITTIGIA

VIRI

*MAGNIFICI, SVMME REVERENDI ET EXCELLENTISSIMI*

DOMINI

CASPARIS LOESCHERI

S.S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. PRIMARIJ,

COLLEG. THEOL. H. T. DEC. HVIVSQVE ET CONSIST. ECCLES. NEC

NON TOTIVS ACADEMIAE SENIORIS GRAVISSIMI, ECCLESIAE PARO-

CHIALIS PASTORIS ET CIRCVLI SAXON. SVPERINTENDENTIS

GENERALIS MERITISSIMI, VIGILANTISSIMI

CONIVX EHEV! DESIDERATISSIMA

IPSO DIE EXEQVIALI D. XIV. FEBR. M DCC XVII.

EX DEBITO AMORIS PROSEQVITVR

ORDO THEOLOGORVM.

VITEMBERGAE, TYPIS GERDESIANIS.




Occidit exemplum, mulier, venerabile  
morum,  
Maxima quæ gentis fama decusque  
fuit.

Occidit; & defessa inclinat pondere cervix,  
Advenit & senii proxima causa dolor.  
Hic utinam vestita umbris nunc excita virtus  
Surgeret, huic vitam redderet arte suam.  
Multa manu medica, multumque potentibus herbis  
Tractarent nati perficerentque prece.  
At rigidum jus est & inevitabile mortis,  
Stant rata non ulla fila tenenda manu.  
Ipse nec ætherias revocare ad luminis auras  
Sustinuit medicæ Cynthius auctor opis.  
Hinc nunc mœsta pio tabescunt lumina fletu,  
Atque oculi denso flumine versa jacent.  
Ipsa querens virtus plorat sub funere tanto,  
Conciliare novas non potuisse dies.  
Attamen haud præceps dolor iste in pectora venit,  
Sed per mollitos ante timore gradus.  
Vivida mens equidem; sed multæ in corpore strages:  
Membra hic nunc illic vellicat ecce rigor!  
Depascensque ardor magis ac magis occupat artus;  
Hoc superest unum: nunc bene velle mori!

Supprime hinc lacrymas vidui ex hac morte secuta!  
Vilum est sic miseris imminuisse dies!  
Conjugis & matris tenus hac marcentia membra  
Officii vestri consolidavit amor.  
Ille ægram fovit, fracto sic corpore, succis  
Ambrosiis poterant qui recreare satis.  
Plus coelos orare nefas! quia fata regenti  
Obsequium præstat complacuisse DEO.  
Sat fuerat gelidis extrema dedisse labellis  
Oscula & exangues imbre rigasse genas.  
Sat fugientem animam fato legisse supremo,  
Et clausisse pia lumina chara manu.  
Foemina tot Natis felici fidere digna  
Non moritur; Laus hæc posteritatis erit.  
Non moritur, sed vivit honos post fata superstes,  
Mors somnus, coeli & porta beata fuit.  
Hic, hic, Defunctæ domus est, hic ardua viles  
Sub pedibus terras despicit atque mare.  
Iusta fides animusque mala ferrugine purus,  
Et probitas nullis fracta vel acta malis.  
Et tenuisse animum contra sua secula rectum  
Altius & vitiiis exeruisse caput.  
Hic vivit, vivunt mores actumque pudice  
Omne ævum, vivit relligionis amor.

Sparge igitur foliis tumulum huic, venerande Marite,  
Quæ requies fessi grata laboris erat.  
Tu sic extremo morituram tempore tristis  
Vidisti, lacrymas vidit & illa tuas.  
Divina occumbens tua sic solatia sensit,  
In vultu retinens lumina fixa tuo.  
Lumina tunc tristi sensim nutantia morte,  
Lumine nunc vivi condecorata Dei.  
Spira igitur, supraque tuos exurge dolores,  
Infragilemque animum, quo potes usque, tene.  
Vixit amor, vixitque Tuæ spes una senectæ,  
Sed mortalis erat; Spes manet ecce! DEVS.  
Hic requies constans firma & tutela perennet,  
Hic Tibi det Pylîi tempora longa Senis.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17  
W 18





117

LVGVBRES ELEGI

QVIBVS

MORTEM BEATAM

QVA MORTALIVM EREPTA REBVS

FOEMINA

NOBILISSIMA ET OMNIBVS SEXVS SVI

VIRTVTIBVS ORNATISSIMA

CLEOPHE SALOME

LOESCHERIA

NATA SITTIGIA

VIRI

MAGNIFICI, SVMME REVERENDI ET EXCELLENTISSIMI

DOMINI

CASPARIS LOESCHERI

S.S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. PRIMARIJ,

COLLEG. THEOL. H. T. DEC. HVIVSQVE ET CONSIST. ECCLES. NEC

NON TOTIVS ACADEMIAE SENIORIS GRAVISSIMI, ECCLESIAE PARO-

CHIALIS PASTORIS ET CIRCVLI SAXON. SVPERINTENDENTIS

GENERALIS MERITISSIMI, VIGILANTISSIMI

CONIVX EHEV! DESIDERATISSIMA

IPSO DIE EXEQVIALI D. XIV. FEBR. M DCC XVII.

EX DEBITO AMORIS PROSEQVITVR

ORDO THEOLOGORVM.

VITEMBERGAE, TYPIS GERDESIANIS.

